

*103. Instrumentum venditionis
di Nicola Sublima di Genzano
in favore di Giacomo Curiale*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*103. Instrumentum venditionis
di Nicola Sublima di Genzano
in favore di Giacomo Curiale*

1416-03-20

(c. 366r) In nomine domini nostri Iesu Christi amen. Anno a nativitate eiusdem Domini millesimo quatricentesimo sextodecimo, regnantibus serenissimis principibus dominis dominis nostris domino Iacobo et domina Iohanna secunda Dei gratia Hungarie, Ierusalem, Sicilie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Galitie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque rege et regina, Marchie castrensis, Provincie, Forcalquerii ac Pedimontis, regnorum vero prefati domini nostri regis anno primo, prefate vero domine nostre regine anno secundo feliciter amen, die vicesimo mense martii, none indicionis, Neapoli.

Nos Antonellus de Oliva de Neapoli ad contractus iudex, Antonius Nan(n)i de Ricasulis et Fractis publicus ubilibet per totum regnum Sicilie regia autoritate notarius et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto publico notumfacimus ac testamur quod constitutis in nostri presentia discretis personis Nicolao Solu(n)na de Grautiano de provincia Basilicate, filio condam Francisci Sublime de dicto castro Ienciani, ut dixit, agente pro se et suis heredibus, ex una parte, et Iacobo Auriali de Potentia, ut dixit, agente pro se et suis heredibus ex parte altera, sponte asseruit, coram nobis, confexus est et legitime recognovit, presente, audiente et intelligente dicto Iacobo, pleno iure, tamquam verum dominum et patronum, habere, tenere et possidere pro comuni et in//diviso (c. 367r) cum Letitia Sublimia sorore sua, ut dixit, medietatem quarumdam domorum francarum, cum orto uno extra ipsarum domorum, site <sic> in dicto castro, que domus dicuntur lo Molino, iuxta domos Nicolai de Duracza dicti Francastore, iuxta ortum

magistri Citrarelli <sic>, iuxta parietem ipsius castri, vias publicas a duabus partibus <et> alios confines, francas, liberas et exemte <sic> ab omni onere redditu, censu, servitio et prestatione quacumque et nemini venditas, alienate <sic> vel obligatas. Qua quidem assertione <et> recognicione sic facta, dictus Nicolaus sicut sibi actum <sic>, utile et expediens visum fuit et in convencione devenerunt <sic> cum dicto Iacobo, sponte coram nobis dictam medietatem dictarum domorum cum orto vendidit, alienavit, cessit, renunciavit et trastulit ac per fustem tradidit et assignavit eidem Iacobo presenti, recipienti et ementi pro se et suis heredibus, medietatem ipsarum domorum cum orto prefato superius nominato, premisso loco et finibus limitate <sic>, cum iure, rationibus et pertinentiis earum omnibus et cum integro // (c. 367v) statu illarum, per <sic> convento et finito precio inter eos habito integro et finali vendicionis eorundem bonorum tarenorum viginti quinque in carlenis argenti boni ponderis, sexaginta per unciam et duobus pro tareno quolibet computate <sic>, quos tarenos viginti quinque in eisdem carlenis argenti dictus venditor coram nobis fuit sponte confexus et legitime recognovit, ad interrogationem ipsius Iacobi emptoris sollemniter sibi factam, se presentialiter et manualiter ac realiter recepissee et habuisse ab eodem emptore dante, solvente et numerante et assignante sibi ex causa vendicionis predicte. Et si quod forte plus dicta medietas ipsarum domorum cum medietate dicti orti valeret precio supradicto, totum illud plus in quacumque quantitate asscenderet <sic> dictus venditor donavit ex nunc donationis titulo inrevocabiliter inter vivos et ex causa donationis premissae dedit, tradidit, renunciavit, refutavit, cessit et trastulit eidem emptori

presenti, recipienti et stipulanti pro se // (c. 368r) et suis heredibus, propter grata et accepta servita et beneficia alia prestita sibi et impensa toto tempore et ex aliis rationibus et causis tu(nc) ad hec iuste moventibus et inducentibus, sicut dixit. Itaque ipsa medietas ipsarum domorum cum medietate ipsius orti supra venditi, cum predictis iuribus et rationibus suis ac pertinentiis suis omnibus, ex nunc in antea in dominio et potestate ac propria act(i)one dicti emptoris et eius heredum ad habendum, tenendum, possidendum, vendendum, alienandum, donandum et utifruendum ac faciendum et desponendum, exinde tamquam de propria re sua pro <libito> voluntatis; cedens propterea et tranferens dictus venditor eidem emptori recipienti et stipulanti, ut supra, omne ius omnemque actionem personaliter et realiter utilem et deceptam, iuxtam et in rem scriptam ac omnem aliam sibi spectans et conpetituri et conpetiture et conpetitura quocumque modo, iure, titulo in et super // (c. 368v) dicta medietate ipsarum domorum et medietate dicti orti venditi sicut predictur ac iuribus et pertinentiis suis quoquomodo. Ponens propterea emptorem ipsum in locum, vicem, dominium et privilegium suum et constituit eum procuratorem in rem suam propriam q(uonia)m dictus venditor esse ipsa <re> vendita, ut supra, vel eorum iuribus et pertinentiis, possessionibus et nihil sibi vel suis heredibus retinuit seu quomodolibet reservavit, ita quod habere liceat et licitum sit eidem emptori vel suis heredibus per se vel alios autoritate propria, absque iusu <sic> vel licentia iudice <sic> et magistratus cuiuscumque, solum presentis instrumenti vigore, quocumque <modo> voluerint rem ut supra venditam cum iuribus et pertinentiis suis capere et apprehendere ac corporaliter adipisci et in

illam possessionem et tenutam intrare ac habere, tenere et possidere et facere libere ut superius est expresse <sic>; et interim constituit se dictus venditor tenere et possidere dictam rem ut supra vendita, cum iuribus et pertinentiis suis, ex nunc in antea, precario nomine et pro parte // (c. 369r) dicti emptoris et eius heredibus donec emptor ipse vel heredes sui, per se vel alios, possessionem dicte rei ut supra vendite et ipsam rem cum iure et pertinentiis suis ceperit, ut expedit, et fuit realiter et corporaliter assecut(us); et promisit et convenit dictus venditor, sollemni stipulatione legitime interveniente, <et> sponte obligavit se et bona omnia mobilia et stabilia, presentia, futura, licita et illicita et alia cuiuscumque vocabuli appellatione distincta dicto emptori presenti, stipulanti pro se et suis heredibus, vendicionem et alienationem predictas ac omnia predicta et subscripta alia et eorum singula semper et in omni futuro tempore habere et tenere ratam et gratam et firma ac rata, grata et firma et contra non facere vel venire, revocare vel retractare, divertere vel pervertere, interrompere vel violare vel aliter contrarium pretendere, nec emptorem ipsum et suos heredes supra dicta re vendita, ut prefertur, vel eius iuribus et pertinentiis seu possessione ipsius turbare, vexare, // (c. 369v) requirere vel inpetere nec questionem vel litem dare quoquomodo, sed libere permittere et sinere ipsum emptorem et suos heredes pacifice et quiete et absque lite vel molestia aliqua habere, tenere et possidere rem ipsam ut supra venditam, cum iuribus suis eaque dominari et utifruī ac ipsorum pacifica possessione gaudere nec litem dare, sed dicta re vendita et iuribus suis, in iudicio et extra, eidem emptori vel suis heredibus ac defendere et evitare ac de evitione teneri ab omnibus hominibus omnibusque

partibus, universitate, collegio et per(son)is publicis vel privatis et super ipsa re vendita, ut supra, vel eius iuribus et pertinentiis seu possessione illius precedentibus vel allegantibus quomodolibet ius ipse, sed emptorem ipsum et suos heredes super ipsa re vendita defendere, ut supra, a turbantibus vel inquietantibus quomodolibet super eis quociens et cum fuerit opportunum et ad omnem ipsius emptoris et eius heredum requisitionem et deventionem, // (c. 370r) simplicem vel sollepnem omnemque litem, controversiam vel questionem que eisdem emptore vel suis heredibus moveretur et fierent per quamcumque personam singularem vel universitatem, in et super dicta re vendita, ut prefertur, vel eius iuribus et pertinentiis seu po(ssession)e illius teneatur et debeat dictus venditor pro se et suis heredibus ad omnem <requisitionem> ipsius emptoris vel eius heredum <in se adsomere vel subire> propriis suis sequentibus laboribus et expensis tam in tam <sic> principali quam applicationis, extra iudicio quocumque, a principio usque ad finem et in omnem eventum et casum, emptorem ipsum vel suos heredes actum extitit et expresse conventum sub pena et ad penam unciarum auri duarum, medietate videlicet eius pene si eam committi contingat rege et regali curie applicanda aut alterius curie ubi fuerit exinde reclamatum et reliqua medietate eisdem emptori prefato // (c. 370v) <et> suis heredibus integre persolvenda, me predicto notario tamquam persona publica pro parte dicte curie et dicto emptore pro se et suis heredibus ab eodem venditore penam stipulantibus antedictam. Acto inter eos expresse quod pena ipsa totiens committatur petatur et exigatur cum effecto a dicto venditore et suis heredibus quotiens [...] contra fieret dictaque pena comissa vel non comissa, exapta vel

non exapta aut gratiose remissa, presens nichilominus instrumentum cum omnibus que in se continet in suo semper robore et efficacia perseverent, cum refecione et integra restitutione omnium damnorum interesse et expensarum litis et extra litem que fierent propterea quoquomodo, de quibus damnis interesse et expensis stari et credi debeat assercioni cum iuramento tam dicti emptoris vel eius heredum, nulla alia probatione quesita, ita quod non possit appellari nec redditi peti ad arbitrium boni viri nec quomodolibet appellari nec aliter exinde reclamari // (c. 371r) quodque in casu contraventionis predictorum pro dicto precio ubi concto forte fieret eorundem bonorum venditorum ut prefertur vel ipsorum iurium et proprietatis seu possessionis illorum in toto vel in parte; ac pro pena predicta, dapnis, expensis et interesse licitum sit et liceat eidem emptori et suis heredibus per se vel alios auctoritate propria, absque iussu vel licentia, iudicio magistratus seu pretoris et sine decreto curie vel mandato, manu etiam armata et militari si expedierit, solum presen/tis instrumenti vigore capere et apprehendere de bonis quibuscumque dicti venditoris suorumque heredum prout maluerit et in eis realiter manus inyectionem habere et in continenti si voluerit vendere et alienare vel in solutum tenere et dare prout eligerit quod satisfiat sibi integre de predictis, nulla denunciacione seu citatione premissa nulloque intervallo temporis expectato, nec aliqua iuris vel facti sollemnitate servata, que in huiusmodi bonis capiendis, vendendis et alienandis // (c. 371v) vel in solutum tenendis de iure vel conventionem forsitan requiritur, quia sic inter eos ex speciali pacto actum extitit. Et renunciavit dictus venditor super predictis et quodlibet predictorum, ex certa sua scientia, voluntarie, legitime et expresse dicto

emptori recipienti et stipulanti, ut supra, exceptioni doli mali, vix, metus et in factum presentis non sic celebrati contractus et rei predicto modo non geste seu aliter habite quam ut superius continetur et est expressum, privilegio fori scripto et non scripto, conpetenti et conpetituro, beneficio restitutionis in integrum, condicioni indebite ob causa et sine causa, exceptioni dicte venditionis non facte, non secute et realiter modo predicto, dicte peccunie non numerate, non recepte, non habite, non boni et electi argenti, codice de residendi vendicione, lege que incipit «rem maioris precii» et similiter aliisque legibus, // (c. 372r) iuribus et beneficiis per quas et que deceptis ultra dimidiam iusti precii subvenitur, licet re vera; dictus venditor asseruit nulla in predictis deceptio intervenerit cum fuerit rei connoveritur et scierit verum et iustum precium dicte rei ut supra vendite sibi conventum et aliter absolutum, legi dicenti bona capta in continenti non posse vendi, licteris, privilegiis, cedulis et rescriptis quibuslibet in contrarium impetratis vel impetrandis, usibus, consuetudinibus, constitutionibus et capitulis regni huius premissis <sic> vel ipsorum alicui in contrarium adversantibus quoquomodo, cum omnibus aliis iuribus, legibus, exceptionibus, questionibus, compensationibus, allegationibus et defensionibus iuris et facti, quibus et propter que dictus venditor vel sui heredes contra predicta vel ipsorum aliquid venire possent quoquomodo vel ab ipsorum observantia se tueri iurique dicenti generalem renuntiationem // (c. 372v) non valere et iuri per quod cavetur quod predicto iuri renunciari non possit, cercioratus prius dictus venditor, ut dixit, de iuribus ipsis et effectibus et beneficiis eorundem ac de effectibus et renunciacionibus ipsorum. Et nihilominus dictus venditor pro predictis omnibus et singulis firmiter

actendendis et observandis, uti consuetum et in superius et promissum <sic> et <quod> contra non fiet nec actent(ur) contra fieri quoquomodo quodque predicta omnia et eorum singula vera sunt, eidem emptori presenti, recipienti coram nobis ad santa Dei evangelia corporaliter tacta sponte iuravit et prestitit iuramentum, unde ad futuram memoriam et dicti emptoris et eius heredum cautelam factum est hoc presens publicum instrumentum per manus mei notarii supradicti, signo meo solito signatum, subscriptionibus dicti iudicis et subscriptorum testium subscriptionibus roboratum.

1

2

3

4

5

6

7

8

9

Così S per Sublima

Così S per Gentiano

Così S per Curiali

Così S per directam

Così S per mixtam

Così S per constituens

Così S per de

Così S per antestare

Così S per denunciationem

10

11

12

13

14

15

Quod scripsi ego prefatus Antonius publicus ut supra
notarius qui premissis // (c. 373r) omnibus rogatus
interfui ipsumque meo consueto signo signavi ac abrasi
et emendavi superius in uno loco ubi legitur vero et
in alio loco ubi legitur Francisci quod accidit oblivioni
scripture. (SN) Ego Antonellus de Oliva qui supra iudex
ad contractus sub(scripsi) Ego notarius Christoforus
de Putheolo testis sum Ego notarius Bartholomeus
Canimbazolus de Neapoli testis sum Ego notarius
Cabellus de Po(n)ta de Viro testis interfui et me
subscripsi Ego Iulianus Mentricante de Castello testis
sum

Così S per appellationis

Così S per reduci

Così S per convento

Così S per rescindenda

*Così S probabilmente per cum sciverit et recognovit ac sciat
esse piuttosto che cum - scierit*

Così S per finaliter